

2440
/ Serenissime, ac Potentissime Rex. Litteras Regiae Majestatis Vestrae cum debita veneratione accepi; quae a Venerabili Inter-
nuncio ejusdem Majestatis Vestrae mihi significata sunt, cum atten-
tione audiui, paratus ad obsequium exhibendum pro viribus meis. Con-
5 fido Sanctissimum Pontificem nostrum Gregorium, pro sua in Deum pie-
tate, et erga Majestatem Vestram benevolentia, non defuturum officio
suo. Multo autem magis confido de benignitate Dei, et justitia causae;
effundet enim hoc tempore, si unquam aliàs, Deus noster justus Ju-
dex iram suam in gentes, quae eum non noverunt, et in regna, quae no-
10 men ejus non invocaverunt. Unum a nobis requiritur, quod spero non
defuturum, ut qui ad hoc sacrum bellum proficiscuntur, Deum non
provocent peccatis suis ad iram; et nos, qui procul absumus, arden-
ti prece, et bonis operibus auxilium Domini nostris militibus implo-
remus. Interim Sacra Vestra Majestas bene valeat, et de hostibus fi-
15 dei feliciter triumphet. Romae die 22 Julii 1621.